



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Decretum α β γ δ ε ζ de inchoando Concilio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

SESSIO PRIMA
SACROSANCTI OECVMENICI
ET GENERALIS CONCILII
TRIDENTINI,

SVB PAVLO III. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE XIII. MENSIS DEC.
ANNO DOM. M. D. XLV.

Decretum α β γ δ ϵ ζ de inchoando
Concilio.

PLACET ne vobis, ad laudem & gloriam
sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris,
& Filij, & Spiritus S. ad incrementum
& exaltationem fidei & religionis Chri-
stianæ, ad extirpationem hæresum, ad
pacem & unionem Ecclesiæ, ad refor-
mationem Cleri & populi Christiani,
ad depressionem & extinctionem hostium Christiani no-
minis, decernere & declarare, sacrum Tridentinum &
generale Concilium incipere, & incepsum esse? Responde-
runt, PLACET.

Indictio futura Sessionis.

Et cum proxima sit celebritas Nativitatis Domini no-
stri IESU CHRISTI; & subsequuntur aliae festivitates la-
bentis & incipientis anni; placet ne vobis primam futu-
ram Sessionem habendam esse die Iouis post Epiphaniam;
quaerat septima mensis Ian. An. Dom. m. d. XLVI? Re-
sponderunt, PLACET.

A

RE MIS-

REMISSIONES.

AN Concilium generale absque auctoritate summi Pontificis celebrari possit. Negat Bobadil. in sua Political lib. 2. cap. 18. n. 194. ubi etiam resolute, quod licet principes facultates non possint illud conuocare, possunt tamen per suos indices ad illius agere observationem.

Per Ansummus Ponissex possit dispensare super Concilium? Affirmant, si de eo faciens expressam mentionem, & non sufficere clausulam derogatoriam generalem. Cott. in memorab. verbo clausula non obstante. Rebuff. in Auth. habita, verbo examinatione pag. 580. cum seq. Cod. ne filius pro patre, & in praxi benefic. tit. de dispensat super defectum nat. num. 24. Guttier. pract. lib. 3. qu. 17. nu. 231. Aloys. Ricci. in collect. decis. p. + collect. 1367. prope finem. P. Henr. in sum. li. 13. cap. 17. §. 1. Zerol. in praxi Episcop. p. 2. verbo absolutio, vers. dico. 5. ibi, sed ad hoc respondetur pag. 5. Flores Vari. li. 1. qu. 10. num. 50. Steph. Gratia. discept. forens. cap. 397. à num. 35. Fr. Emmann. quæst. Regul. tom. 1. q. 8. art. 10. & tom. 1. q. 36. ar. 2. & q. 39. art. 4. P. Azorii. instit. moral. p. 2. li. 5. cap. 14. col. 574. P. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnit. l. 5. n. 2. & quod constitutio Conciliaris tacitè continet clausulam derogatoriam, & propterea ei non derogetur per clausulas generales, resolute Caputaq. p. 1. decis. 268. Veral. decis. 176. Aloys. Ricci. in collect. decis. p. 4. coll. 849.

Ver An Episcopus contra Concilium dispenset expresse, vel tacite? Neganct gloss. in cap. cum dilectus, verbo in extate, de elect. Rebuff. in tract. Nomina. q. 5. nu. 30. Gutier. de Iuram. confirm. p. 1. cap. 51. n. 24. & Canon. lib. 1. cap. 5. n. 10. P. Henr. d. c. 57. §. 1. lit. C. Steph. Gratian. d. c. 397. n. 33. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 31. c. 27. nu. 202. in princip.

Dicitur An possit dispensare ex magna causa necessitatibus, vel utilitatibus? Affirmant Tiraquell. de pœnis tempor. in prefat. nu. 3. Lambert. de iure patronat. p. 1. lib. 2. art. 19. q. 7. princip. nu. 2. Cott. in memorab. verbo Episcopus. Rebuff. in praxi tit. de dispensat. ad plura benef. à nu. 30. Spin. in speculo testament. gloss. 15. princip. à num. 8. Humad. in l. 5. gloss. 12. in fine vel. limitatur tit. 5. par. 1. P. Sanch. de Matrim. lib. 2. disp. 40. à num. 2. Cened. Pract. & Canon. qu. li. 1. q. 30. à n. 5. Mich. Graff. rom. 1. commun. opin. li. 1. ti. 2. nu. 67. ubi resolvunt. Episcopum posse dispensare super Concilium ex magna causa necessitatibus, vel utilitatibus, quando Concilium vel permittit dispensare, vel loquitur impersonaliter, nec vetando, nec permittendo, nec imponendo aliquam pœnam.

An omnia decreta Concilij continent decretum irritans? Affirmat Gonzal. ad reg. 8. cancel. gl. 15. n. 37.

¶ An

Sessio II. De Refor.

3

¶ An littere & constitutiones contra Trid. reducende sint ad ius com-
mune? Affirmatiue proprio motu definitius Gregor 13. pro ut testatur P.
Henriq.p.1.sum.lib.6.§.6.in gl.lit.R.

SESSIO SECUNDA,

CELEBRATA DIE VII. MENSIS

JANVARII, M. D. XLVI.

Decretum de modo viuendi, & alia in Concilio
seruandis.

SACROSANTA Tridentina Synodus, ^{a in}
spiritu sancto & legitime congregata, in eapra-
sidentibus eisdem tribus Apostolicæ Sedis
Legatis, agnoscens cum B. Iacob. Apostolo,
quod aomne datum optimum, & omne do- ^{ea Isa. 11.}
num perfectum de sursum est, descendens à patre lumi-
num: qui iis, qui postulant à te sapientiam, dat omnibus
affluenter, & non improperat eis; & simul sciens, quod b. ^{b Provi. 1.}
initium sapientiae est timor Domini: statuit & decrevit γ,
omnes & singulos Christi fideles, in ciuitate Tridentina congrega- ^{c Psal. 110.}
tos, exhortandos esse, prout exhortatur, vt se à malis &
peccatis hactenus commissis emendare, ac de cætero c in ^{c Provi. 1. & 9.}
timore Domini ambulare, & desideria carnis non perfic-
tere, orationibus instare, sèpius confiteri, Eucharistiae
Sacramentum sumere, Ecclesiæ frequentare, præcepta
denique Dominica, quantum quisque poterit, adimple-
re, necnon quotidie pro pace Principum Christiano-
rum, & unitate Ecclæ priuatum orare velint: Epi-
scopos vero, & quoscumque alios, in Ordine sacer-
dotali constitutos; œcumenicum Concilium in ea ciui-
tate concelebrantes, vt assidue in Dei laudibus incum-
bere, hostias, laudes, & preces offerre, sacrificium Missæ
quolibet saltem in Dominico, in quo Deus lucem con-
didit, & à mortuis resurrexit, ac d' Spiritum sanctum in di- ^{d Act. 1.}
scipulos infudit peragere fatigant, facientes, sicut idem

A 2

Spiri-

